in vita

me invitam alicui matrimonio conjunxerit, corde et ore contradicam. Quod si aliam viam euadendi non haberem, in secreto proprium mihi nasum precidarem, et sic nullus ducere me curaret tam deformiter mutilatam.

[Capud XVIII.]

Die quadam cum castitatis amatrix ducceretur ad quoddam oppidum, castrum scilicet Badenstein ibi seruanda donec dispensaretur, sicut intellexi, et cum lacrimis castitatem suam deo committeret, ecce domino consolatore afflictorum ordinante, subito nuncius episcopi antedicti venit precipiens illam Bavenberg reduci in occursum ossium mariti sui Ludewici Lantgrauii, que de partibus transmarinis referebantur. Quibus sollempniter ab episcopo cum processione receptis, ipsa lacrimans dixit. Domine gracias ago tibi quia in ossibus mariti mei multum desideratis misericorditer me es consolatus. Tu scis, quia quantumlibet eum dilexerim, tamen ipsum dilectissimum tibi a se ipso et a me in subsidium terre sancte oblatum non inuideo. Cujus si liceret vti consortio, omnibus mundi deliciis illum anteferrem, semper secum mendicatura,

bei Mencken l. c. Quodam vero die cum invita duceretur ad quoddam castrum Botensteyn, ibi servanda donec desponsaretur, sicut ipsa intellexit. et ipsa domino, in quo posuerat cor suum, cum lacrimis castitatem committeret et.

+ Botensteyn, Mencken l. c.

+ desponsaretur ibid.

+ desideras ... desideratis ... Mencken ...

bauebg

quia

anferre